ulterius cocteram uirgam eius de dorso tuo et uin-
cula tua disrumpam. Quando abstergat
deus omnem lacrimam etc. Tunc ultra
non affligemur. et tunc uirga castiga-
cionis dei de dorso tolletur. Virga dicun-
tur tyranni et homines quibus boni puni-
untur. Sicut autem mater que filium percus-
sum consolari uult uirgam conterit et in
ignem proicit. ita deus percussos in mor-
te conterit et in ignem proicit inferni. Unde
electi tandem dicere poterunt. illud
ysa. xiiii. Contriuit dominus baculum impiorum
uirgam dominancium cedentem populos in
indignacione. Oportet tamen quod puer
uirgam qua castigatur eciam osculetur. Sic
oportet quod homo suis persecutoribus
reconcilietur. Mt. v. Diligite inimi-
cos uestros. G. Inimici dileccio tunc ue-
raciter custoditur. cum non de profectu illius
dolemus non de ruina letamur. Vincula
sunt presentis uite calamitates. scilicet egri-
tudo corporum. penuria rerum. mors
amicorum. inpugnacio demonum. alia
multa mala. quibus uinculis sicud ali-
quem hominem non teneret. sepe contra deum
clamaret. Hec autem uincula uibus oracionum
maxime rumpuntur. In omni tribulacio-
ne optimum refugium est oracio. Tob. iii.
Peto domine ut de uinculo improperii ab-
soluas me. etc. Expone hystoriam. Et ec-
ce sicut sara merito oracionis apposite per
angelum auxilio gracissimo soluitur. ita
et petrus merito oracionis ecclesie a uinculis
eripitur. Quecumque ergo in uinculis necessarie est
orare. ysidorus. Omnibus malis preualet
oracio. De iiii. uide .i. angelos qui
non seruauerunt suum principatum sed de-
liquerunt suum domicilium in iudicium mag-
ni dei uinculis eternis uinculis sub cali-
gine reseruauit. principatum utique

maxime iocunditatis. dignita-
tis et domicilium maxime iocun-
ditatis angeli apostatici deli-
querunt. In uinculis autem eternis non solum
demones. sed et ipsi homines tenentur.
unde non manibus se defendendo. non pe-
dibus fugiendo euadere possunt. Mt. xxii.
ligatis manibus et pedibus etc. G. Cer-
te tunc ligat pena quos modo a bonis
operibus ligauit culpa. Ista uincula non
sanguine. non igne. non ubis. nec ullo
remedio uel arte rumpi possunt. Sic
uincula perdencia. Stultus est qui uincu-
la ista non cauet. Sed heu stultorum infi-
nitus est numerus. Eccus. i. et stultus
peccator non uidet. non intelligit quam
dolose ipsum dyabolus ad uincula per-
petua trahit. pro. vii. Ignorans
quod ad uincula stultus trahatur. donec sagit-
ta transfigat iecur suum. Sagitta
utique acutissima extreme sunt.
Mt. xxv. Discedite a me maledicti in ignem.
Super hanc petram Iectiuum.
edificabo ecclesiam meam. Mt. xvi.
Petrus domino dixit. Tu es christus filius
dei uiui. et dominus petro respondit. Tu es
petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. quasi dicat dominus. Quia fide es solidus.
ideo tu es petrus et super hanc petram
i. super hanc fidem solidam quam confessus
es. edificabo ecclesiam meam. uel quasi dicat
. Quia me petram es confessus ideo tu
es petrus et super hanc pe. i. super me
ipsum quem confessus es edificabo ec-
clesiam meam. Edificabo in quantum per incarnacio-
nem. edificabo per passionem. edifica-
bo per ascensionem meam. horum uirtute
reuera. horum fide edificata est
ecclesia. De i. ps. Edificauit si-
cut unicornis sanctificium suum. i.